

utatur Calendario Toletano, possit Astoricensi Ordinario uti? Et quatenus negative, quo Calendario uti debeat supradicta Capitularis Ecclesia?

Et S. eadem C. respondit:

„Negative, et adhibendum esse Calendarium Romanum, exceptis Officiis peculiariter concessis Clero dumtaxat Urbis, vel totius Status Ecclesiastici, vel Italiae cum Insulis adjacentibus; iis vero additis, quae juxta Rubricarum Regulas, et generalia S. R. C. Decreta, ejusdem Ecclesiae Oppidi Villafranca del Vierzo vere sunt propria.

Facta autem per infrascriptum Secretarium de praemissis SSmo D. N. Pio VII. P. M. relatione, S. S. S. C. responsa approbavit, confirmavit, atque ita in supradicta Ecclesia servari mandavit. n. 4542 die 30. Septembris 1817.

Nota Gard. ad hoc Decretum:

Calendarium Romanum universale est, et ad totum catholicum orbem extenditur. Quapropter Calendaria particularia Dioecesium, Ecclesiarum, ac Ordinum Regularium in eo tantum differunt ab illo, quia retentis Officiis, quae omnibus praeceptive communia sunt, alia his adduntur, quae peculiariter pertinent ad Dioeceses, Ecclesias seu Religiones, ut illa sunt Titularis, Patroni principalis, Dedicationis, et alia, quae forte locum habent, vel ratione Corporum, et Reliquiarum insignium, vel ex concessione Apostolica. Neque iis, qui proprium Calendarium non habent, licet assumere Calendarium unius vel alterius Dioecesis, quia, ut diximus, unum dumtaxat est Calendarium Romanum, quod universale sit. Id adeo verum est, ut supplicanti Clero Civitatis et Dioecesis Brugnaten. pro facultate sese conformandi Calendario Metropolitanae Januensis, cum proprium non haberet,

S. R. C. respondit sub die 16. Sept. 1673: Utantur Calendario Romano. Cum itaque Capitulum Oppidi de Villafranca del Vierzo minime modo pertineat ad Dioecesim, vel Toletanam, vel Astoricensem, sed Nullius denominetur, et sit; plane consequitur, non posse arbitrarie in persolvendis horis Canonicis ordinem sequi Calendarii Astoricensis, sed debere universali Romano uti, additis illis tantum modo Festis et Officiis, quae, ut notatum est, vel proprie ad eam pertinent Ecclesiam, vel a Sede Apostolica eidem sunt indulta.

A sexaginta annis in Ecclesia Colleg. Nullius in Dioecesi Spiren. nulla petita vel obtenta S. Sedis facultate plura recitantur Officia Dioecesis Spirens., quae non reperiuntur in Brev. rom. nec constat a S. Sede fuisse approbata: Quaeritur: an dicta Ecclesia non obstante memorata consuetudine, reasumere possit Officium divinum juxta Calendar. rom. et relinquere Officia praedictorum Officiorum? Item quaeritur de Officio dedicationis Cathedr., quod in Ecclesia Colleg. exempta recitatur sub ritu. dupl. 1 cl. cum octava? S. C. resp.: Affirmative n. 4330 ad 1 die 21. Jan. 1766.

CALIGAE.

(Dignitar., Canon. etc.)

(Jus deferendi.)

Vd.: *Annulus Canon. et Dignit.* (decr. n. 4224; *Usus Pontif.* (decr. n. 4593 ad 8; n. 4882 etc.)

CALIX.

1) Benedictio.

Vd.: *Benedictio Parament., calicum etc.*

Calix et Patena solummodo per Episcopum consecrantur et si fuerint denuo deauratae, indigent nova consecratione S. R. C. 14. Junii 1845.

2) Dignitariorum.

Non potest prima Dignitas Cathedr. Spol. anteferri calicem in altari, illumque ante expletum Sacrificium removeri facere. n. 2967 ad 5 die 20. Sept. 1681.

Vd.: *Usus Pontificalium.*

3) Execratio.

Vd.: *Execratio Calicum etc.*

4) Extersio.

Ad dubium: an Sacerdos debeat extergere purificatorio guttas vini adhaerentes lateribus interioribus cup-pae calicis, quae aliquando resiliunt, dum praeparatur calix? S. C. resp.: Praxim extergendi calicem purificatorio magis congruere et summopere laudabilem esse. n. 4526 ad 28 die 7. Sept. 1816.

5) Locus infra incensationem crucis.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXX n. 16.*

6) Purificatio.

a) Omittenda.

Vd.: *Calix (usus duorum.)*

In die festo Nativitatis Dom. in I. et II. missa non debet fieri purificatio Calicis. n. 3635 die 16. Sept. 1702.

b) Vinum et aqua.

BEATISSIMO PADRE.

Il Sacerdote Giuseppe Gasparetti da Castedemilio Diocesi di Ancona domiciliato in Roma divotamente espone, che per serie malattie sofferte, è obligato bere sempre l'acqua, ed è talmente alieno del vino, che non può soffrirne nè anche l'odore. Per ovviare adunque quegl' inconvenienti che potrebbero nel tempo del S. Sacrificio sconcertarlo anche con irriverenza del Santissimo Sacramento, implora l'Apostolica Dispensa di non usare il vino nelle due purificazioni dela Santa Messa, e così sumere solo

il Sacro Sangue, e poi usare per le purificazioni la sola acqua, Che ec.

„SSmus D. N. Pius IX. P. M., referente subscripto S. R. C. Secretario, attentisque expositis, de speciali gratia benigne commisit Rmo. D. Card. Urbis Vicario, ut constito de veritate expositorum per authenticas probationes petitum indultum Oratori largiatur extenden. quoad eadem salutis perdurent incommoda.“ Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5061 die 15. Jan. 1847.

BEATISSIME PATER.

Placidus Bruno de Gandraundo Sacerdos Saec. Oppidi vulgo Manquèa in Dioec. Calaguritan. ad Vestrae Beatitudinis pedes provolutus humillime ex gratia postulat facultatem ad faciendam cum sola aqua purificationem Calicis, et ablutionem digitorum in Sacrificio Missae propter repugnantiam ad vinum ob difficultatem digerendi illud, ob quas causas non utitur vino regulariter extra Missae Sacrificium. Et Deus etc.

„SSmus D. N. Pius IX. P. M., referente subscripto S. R. C. Secretario, de speciali gratia annuit; dummodo preces veritati nitantur.“ Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5092. (Sine dato; Est intra 5. Mart. — 7. Maii 1847.)

7) Sacerdotis defuncti.

Vd.: *Sacerdos defunctus; Sepult.* (Sacerd. def.)

Potest retineri Consuetudo ponendi calicem in manibus + Sacerdotis. S. R. C. 23. Maii 1846.

8) Tangend. in collat. Subdiacon. et Presbyt.

Vd.: *Subdiaconatus* (Calix tangend. etc. decr. n. 4565 ad 7, 3.)

9) Tractatio.

Calices contrectare Clericis tantum non Laicis in Sacristiis inservientibus

concedi posse. n. 624 ad 2 et infra die 24. Apr. 1626.

Vd. *Ministrantes* (decr. n. 4526.)

10) Usus unius vel duorum.

EX S. C. CONCILII AD CONGREGATIONEM
S. RITUUM.

Ex Relatione Status Ecclesiae Episcopi Ebusitani ad S. C. Concilii transmissa die 1. Oct. 1814 inter caetera contenta sic habetur:

Opportunum censeo in re particulari exponere, quae in Parochiali Ecclesia S. Francisci a Paula in Salinis animadverti. Oratoriis in duobus (cum ibi nondum Ecclesia aedificata sit) ordinatum est rem Sacram peragere ad Missam audiendam in diebus festis, in quorum uno populus frequenter assistit, etiam ad S. Sacramenta recipienda; et in altero solum in tempore recollectionis Salis, ob magnam locorum distantiam, et quia vicinius invenitur, ad damna praecavenda, secunda Missa, et Sanctum offertur rursus Sacrificium ab eodem Parocho jejuno; sed quia unus tantum est Calix ad duas Missas, ipse idem solum cum stuppis purificatus parum reverenter ad istud deferabatur Oratorium, hac de causa a me provisum fuit in prima Parochiali visitatione, ut altero distincto Calice, secundum Sacrificium offeratur, ita ut unumquodque Oratorium quod est reapse necessarium contineat: ast quomodo in prima Missa purificationes debeant fieri quae nos torquent, si quidem species Sacramentales corruptioni veniunt expositae, si ibi relinquuntur, aut si Calix impurificatus permaneat ibidem super Altare, cum neutra Oratoria habeant nec Tabernaculum, nec Sacraria, in quibus recondi valeat reverenter, et aliunde sit Calix ipse impurificatus ad Missam sequentis diei permaneat super Aram, ut in nocte Nat. D. N. J. Chr., desiccantur in aes-

tate, aut corrumpuntur ob nimium calorem particulae Sacramentales Sacri Sanguinis Domini; imo nec facile evitare valent irreverentiae, et luminis perpetui defectus; quid ergo? Ut rite omnia fiant, et sancte tractentur, quid peragendum, praesertim cum in defectibus occurrentibus in celebratione Missarum, nec in Rubricis Generalibus, neque in nocte Nativitatis specialibus, quidquam dispositum inveniamus, quo regi possimus decenter et religiose? Omnia considerantur timide, et cum tremore cum iisdem Parochis; atque S. V. annunciandum judicavi, si forte S. R. C. consulendum foret dubium, quid in his, et similibus angustiis, quando duo Sacrificia in diversis Ecclesiis adeo sejunctis ob maximam distantiam, et populi commissi necessitatem celebrantur ad satisfaciendum de auditione Missae praecepto ab uno ipso Sacerdote peragendum sit, ut digne, sancte et devote quod decentius sit uniformiter exequatur. Die 10. Julii 1815.

Ad Rmum. D. Camillum Canonicum Rubbi, qui faveat sensum suum pro veritate aperire.

Praesens quidem Dubium confuse admodum proponitur; nihilominus, quantum ex contextu intelligi potest, agitur de celebrandis eodem die festo duabus Missis ab eodem Parocho jejuno cum eodem Calice in duobus Oratoriis valde dissitis, ut satisfiat populo fideli, ejusque obligationi audiendi Sacrum. Ne novi absque necessitate inducantur ritus, simulque decentiae ac reverentiae Sacramento debitae consultum sit, rem ita expediri posse censeo: ut Parochus in prima Missa Calicem impurificatum relinquat, prout fit in duabus prioribus Missis Nativ. D.: Calici autem statim imponat Patenam et Pallam, prout fit in eisdem Missis; dein Calicem et Patenam cooperiat velo, quod etiam circumligabit Calici, prout fit in reposi-

tione Sacri Corporis in Sepulchro Feriali V. in Coena Domini. Atque Calicem hunc sic coopertum, et circumligatum, defectu Tabernaculi, post primam Missam relinquat in Altari super Corporale. Dein vero suo tempore eundem hac ratione praeparatum decenter deferat ad aliud Oratorium, ut ibi celebret secundam Missam, quam peraget eodem ritu, quo celebratur tertia Missa in Nativitate Domini. Ex hac agendi ratione nihil indecentiae, nihil irreverentiae consequi videtur. Species enim Sacramentales, quae in Calice non purificato remanserunt, ob tenuitatem suam exsiccantur, statim (aestivo tempore praesertim) non corrumpuntur, eaeque ad pristinam fluiditatem suam facile redeunt, cum paucas post horas, eodemque mane aliud recens vinum Calici infunditur ad alteram Missam celebrandam. Sed haec, quae dixi, S. C. judicio humillime subjicio.

Camillus Canonicus Rubbi in Collegio Romano S. Theologiae Professor. n. 4515 die 16. Sept. 1815.

Emi. D. Card. S. R. C. praepositi, audita instantia Rmi. Episcopi Ebusitani, matureque considerato voto R. D. Camilli Canonici Rubbi, in casu, de quo agitur, reprobarunt usum duorum Calicum tamquam in Ecclesia novum, et censuerunt unum dumtaxat esse adhibendum, ut in more est apud Missionarios in locis praesertim Infidelium, servata forma in praedicti Theologi voto proposita. Et ita etc.

Ad dubium: 1. an retinendus sit usus, qui dicitur vigere in Dioecibus Compostellana et Salmantina, nec non in Dioecesi Meldensi et aliis Gallicis dioecibus, vel sit permittendus alibi, adhibendi scilicet ob peculiare rationes duos calices, quum sacerdos duas celebrat missas eadem die in Ecclesiis longe dissitis? 2. et quatenus ob peculiare circumstantias hujusmodi usus retinendus sit vel permittendus, quid

servandum circa purificationem primi calicis, ut et reverentiae Sacramento debitae consulatur et sacerdos jejunos maneat pro secunda missa, habita ratione peculiarium circumstantiarum, quae tam in primo quam praecipue secundo supplici libello exponuntur? S. C. resp. ad 1: *Usus duorum calicum in casu posse permitti*; ad 2: *Ad mentem. Mens est, ut conficiatur Instructio*.

Instructio autem ejusmodi est, prout sequitur: Quando sacerdos eadem die duas missas dissitis in locis celebrare debet, in prima, dum divinum Sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super Corporali ponat calicem et palla tegat ac junctis manibus in medio altari dicat: *Quod ore sumpsimus etc.* et subinde in alio aquae vasculo digitos lavet dicens: *Corpus tuum etc.* et abstergat manus. Hisce peractis calicem super corporali manentem adhuc, deducta palla, cooperiat, ut moris est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla et demum velo. Post haec missam prosequatur et completo ultimo Evangelio rursus stet in medio altari et detecto calice inspiciat, an aliquid divini Sanguinis necne ad imum se receperit, quod plerumque continget. Quamvis enim s. species primum sedulo sorptae sint, tamen dum sumuntur, quum particulae, quae circum sunt, undequaque sursum deferantur, non nisi deposito calice ad imum redeunt. Si itaque divini Sanguinis gutta quaedam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur et quidem ex eadem parte, qua ille primum sumptus est. Quod nullimodo omittendum est, quia sacrificium moraliter durat et superexstantibus adhuc vini speciebus ex divino praecepto compleri debet.

Postmodum sacerdos in ipsum calicem tantum saltem aquae fundat, quantum vini prius posuerat, eamque cir-

cumactam ex eadem parte, qua s. Sanguinem biberat, in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum purificatorio linteo abstergat ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab altari decedat.

Depositis s. vestibus et gratiarum actione completa, aqua e calice dimissa pro rerum adjunctis *vel* ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus sacerdos redeat missam habiturus) et in secunda purificatione (i. e. in missa alterius diei) in calicem demittatur *vel* gossipio aut stupa absorpta comburatur, vel in sacrario, si sit exsicanda, relinquatur vel demittatur in piscinam. Quum autem calix, quo sacerdos primum est usus, purificatus jam sit, si ille ipso pro altera missa indigeat, eum secum deferat, secus vero in altera missa diverso calicem uti poterit. Die 11. Mart. 1858.

11) Velum.

Tam in principio missae quam post communionem calicem velatum esse debere totum in parte anteriori et ita in posterum tam in Dioecesi Urbinat. quam ubique servari voluit et mandavit. S. C. n. 2464 die 12. Jan. 1669.

Ante versiculum, quod dicitur Communio, cooperiendum velo calicem in anteriori parte prout ante Confessionem. n. 3459 ad 1 die 1. Mart. 1698.

S. CAMILLUS DE LELLIS.

1) Conclusio Orationis.

Juxta Decretum S. R. C. diei 12. Nov. 1837 ad dub. 49. Oratio S. Bernardini Senen. die 20. Maji modo solito est concludenda, quia nomen Spiritus, quod in ea legitur, non indicat Spiritum S. Quum autem eadem verba — *Spiritum tuae dilectionis* — habeantur in Oratione S. Camilli de Lellis die 18. Julii, quaeritur: an in con-

clusionem etiam omitti debeat vox *ejusdem*?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit: „Omittendam esse juxta citatum Decretum.“

Atque ita rescipit ac servari mandavit. n. 4985 ad IX. 2 die 7. Dec. 1844.

2) Officium.

Ob occursum Festi Triumphi S. Crucis, quod ritu dupl. maj. in universa Hispania celebratur die 16. Julii, Festum B. M. V. de monte Carmelo perpetuo translatum fuit in diem 18. ejusdem mensis, quae quidem dies nunc in Calendario Romano assignata est Festo S. Camilli de Lellis. Hinc ergo exurgit Dubium: An, ex quo praedicta dies 18. assignata fuit S. Camillo, Festum B. M. V. de monte Carmelo possit ulterius transferri in alteram diem primo non impeditam, praecipue ob conformitatem cum Ecclesia universali, ut jam factum est in aliquibus Hispaniarum Ecclesiis?

S. eadem C. respondit, ut infra:

„Negative, et pro Festo S. Camilli perpetuo assignetur dies proxima non impedita.“

Et ita declaravit ac servari mandavit. n. 4491 ad 6 die 12. Mart. 1804.

Cum a S. M. Clement. XIII. Officium s. *Camilli de Lellis* a semid. ad dupl. min. elevatum ab Ecclesia universal. celebrari jussisset 18. Julii, quaesitum fuit: an etiam in illis peculiaribus Dictionibus, ubi idem Officium s. Camilli fuit alias concessum sub eodem ritu pro die 15. ejusdem mensis, in qua Sanctus e vita decessit, variandus sit dies, et Officium praefatum perpetuo transferendum ad diem 18. Julii noviter assignatum? S. C. resp.: sub die 17. Aug. 1771: Officium esse recitandum prout in Ecclesia universali, die 18. Julii. (n. 4581 ad 6 *nota*); n. 4357 ad 1 die 17. Aug. 1771.

CAMPANAE.

1) Benedictio.

Vd. *Campanae* (quae non puls.)

Non videntur posse benedici solemniter Campanae, quae solum deserviunt profanis usibus; nam, ut ex ipsa benedictione colligi potest, Campanae benedicuntur in usum tantum ecclesiasticum ut caetera vasa sacra; et ideo inunguntur, variisque caeremoniis consecrantur fere ad eum modum, quo consecrantur Altaria; non videtur ullo modo decere, ut Episcopus in habitu pontificali ascendat turrim, ut Campanas solemniter benedicat; posset tamen sacerdos aliquis turrim ascendere et aqua benedicta Campanas aspergere. n. 83 ad 1 et 3 die 16. Julii 1594.

Ad dubium: An signa, seu Campanae pro indicandis horis in horologiis publicis possint benedici eadem formula, qua ex Pontificali Rom. benedicuntur signa Ecclesiarum?

Et Emi. P. S. eidem C. Praepositi . . . respondendum censuerunt, ut infra, videlicet:

„Negative, praeterquam in casu, quod eadem signa nedum pro horarum indicatione pulsanda sint, verum etiam pro s. actionibus.“

Atque ita responderunt et statuerunt. n. 4590 ad 2 die 17. Sept. 1822.

Facta autem de praemissis SSmo. D. N. Pio VII. P. M. relatione per infrascriptum Secretarium, S. S. cuncta benigne approbavit, Decretumque desuper expediri, et publici juris fieri mandavit; Locorum Ordinariis stricte praecipiens, ut omnimodam illius observantiam urgeant. Die, Mense, Anno, quibus supra.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM.

Ideo Campanae ablutionibus, sanctis oleis, signis, ac aliis s. caeremoniis cum psalmorum cantu, et precibus ex

Ecclesiae institutione in Pontificali Rom. praescriptis ab Episcopo benedicuntur, quia ad usum religiosum destinantur, veluti consecrantur vasa, quae in s. conficiendis Mysteriis adhiberi debent. Idecirco mysticis actionibus deprecationes respondent, et quae ad Divinum cultum agenda sunt, vel a Deo postulanda, designant: per earumdem sonitum excitamur ad mentes nostras elevandum ad Deum: per eundem indicantur tempora orationis, psalmodiae, sacrificii, supplicationum, ac aliarum s. functionum: earumdem clangore fugantur Daemones, abeunt aëreae potestates, dissipantur procellae, tonitrua, et fulgura repelluntur, quae omnia duo versus exponunt relati a Glossa *cap. 1. de Officio custodis, Extravagant. commun.* videlicet:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum

Defunctos ploro, nimum fugo, Festaque honoro.

Idecirco in prima Oratione ad benedicendum aquam pro abluendo tintinnabulo, Episcopus Deum exorat, ut *Ubi cumque sonuerit hoc tintinnabulum procul recedat virtus insidiantium, umbra phantasmatum etc. et cum clangorem illius audiverint filii Christianorum, crescat in eis devotionis augmentum . . . cantent tibi in Ecclesia Sanctorum canticum novum etc.* dum vero ungit Campanam, iterum precatur: *ut per illius tactum fideles invitentur ad praemium . . . crescat in eis devotio fidei, procul pellantur insidiae inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, temperentur infesta tonitrua, ventorum flabra fiant salubriter ac moderate suspensa etc.* Ita etiam et in aliis Orationibus, quae sequuntur. Ut enim s. vasa peculiari Episcopi benedictione a profanis segregantur, quia ad unum Sacrificii usum deputantur, sic etiam Campanae, quae religiosi

usibus, et Officiis inservire debent. Et quoniam Campanae eo modo benedictae Dei cultum respiciunt, auctores non desunt, qui censent, haud posse sine piaculo easdem ad usum profanum adhiberi. Ita Quarti de *Benedictionibus tit. 2 sect. 12 dubitat. 2.*

Ex his igitur patet, signa illa benedicenda non esse, quae nec ad Dei cultum, nec ad religionis destinantur officia, sed ad usum dumtaxat civilem, et profanum. Deest quippe in iisdem finis ab Ecclesia intentus; neque hujusmodi Campanis conveniunt ablutiones, unctiones, preces, aliaeque actiones ac caeremoniae, quae mysticas habent significationes cum relatione ad effectus, ad quos depulantur, dum Ecclesiastico ritu benedicuntur. Quatenus vero quae ad horas pulsandas in turri collocari debent, pulsandae etiam sint ad s. indicendas actiones, vocandum, excitandumque populum ad actus religionis; utique erunt benedicendae, veluti opportune, data distinctione, proposito dubio S. C. respondit. Episcopo non licet delegare bened. campanarum, ommissa unctione, aliis personis Ordine Episcopali non insignitis. S. R. C. 19. Apr. 1687; 16. Maii 1744.

2) Capituli.

Campana major Cathedralis Recinati, quae pulsatur pro convocando Capitulo Dignitatum et Canonicorum, non potest pulsari pro convocandis Congregationibus respicientibus negotia particularia Altaristarum. n. 3740 ad 2 die 20. Mart. 1706.

3) Damnati.

Campana illa, quae in damnatorum suppliciiis exequendis pulsari solet, nunquam in usum Ecclesiae adhibetur. n. 2060 die 12. Juni 1660.

4) Oratorii.

Ad dubium: an in diebus festis

valeant celebrari in Oratorio Confrat. S. Rosarii Burgi missae tam lectae quam cantatae cum signo campanarum ante celebrationem missae paroch.? S. C. resp.: Arbitrio et prudentia Ordinarii. n. 3910 ad 10 die 9. Julii 1718.

5) Non puls. fer. V. Coena D.

Non licet PP. Minoribus Convent. Montis novi in fer. V. maj. hebdom. post Silentium Campanarum Ecclesiae matricis pulsare campanas. n. 3722 ad 3 die 9. Mai 1705.

Ad dubium: an liceat pulsare campanas Ecclesiae s. Mariae (matricis) fer. V. in Coena Dom. post silentium campanarum Ecclesiae s. Blasii Terrae s. Viti? S. C. resp.: Licere n. 3725 ad 2 die 4. Julii 1705.

6) Pulsantur in festis Dignit. et Canon.

Campana magna eodem modo pulsari debet sive celebrent Dignitates sive Canonici habita tamen ratione festorum majoris vel minoris solemnitatis. n. 4064 ad 8 die 31. Aug. 1737.

7) Puls. in festis translatis.

Ad dubium: an translato aliquo festo debeant pulsari campanae eodem ritu, quo in ipsa die festi, in qua cadit Officium? S. R. C. resp.: Si festum transferatur quoad chorum tantum, negative; si transferatur quoad chorum et forum, affirmative. n. 3800 ad 3 die 23. Mart. 1709.

8) Puls. ad ingressum Episcopi.

Cf. Sabbat. sanct.

Campanae pulsandae sunt, quando Episcopus ad solemniter celebrandum ad Ecclesiam venit. n. 21 ad 1 die 23. Mart. 1592.

9) Puls. in omnibus Ecclesiis.

Jubente Ordinario, ut in quibusdam solemnitatibus, vel in alio peculiari

casu sonus Aeris Campanae omnium Ecclesiarum edatur, Ecclesiae Regul. aliaeque exemptae ejus mandato parere tenentur. n. 4578 ad 3 die 3. Apr. 1821.

10) Puls. pro effect. profanis.

Vd.: *Camp.* (quae non puls.)

Pro pulsatione campanarum ad profanos usus (*ad ingress. principis, ad incendium, ad inundationem, pro victoria contra hostem reportata etc.*) necesse non est ab Ordinario licentiam petere toties, quoties pulsandae sunt, sed sufficit eandem semel petere pro semper. S. C. Ep. 8. Jun. 1592.

De consensu Episcopi campanae bened. pulsari possunt ad usus profanos, ad quos non sequuntur causae sanguinis et praesertim, si communitatis expensis constructae fuerint, quantumvis tale jus non sibi reservasset. S. C. Ep. 31. Jan. 1589.

11) Pulsandae feriis sextis in Memoriam Agonis Christi.

Ad dubium: Ex Constitutione Benedicti XIV. Summi Pontificis die 13. Dec. 1740 conceditur Indulgentia in memoriam Agoniae D. N. J. Chr. pro singulis sextis Feriis: pulsatio Campanae fieri debet hora III. post meridiem, ut innuit laudata Constitutio, Horologii italici, vel hora vigesima prima uti vult Libellus Romae editus Anno 1834 inscriptus: *Raccolta di Orazioni, e pie Opere ec.* Typis Perego Salvioni.

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Ad S. C. Indulgentiarum.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 4782 ad 2 die 27. Aug. 1836.

12) Puls. pro expos. SSmi.

Instructio Clem. §. X. n. 2, §. XI.

13) Puls. pro horis canon.

Vd.: *Matutinum* (tempus decr. n. 4246); *Campanae* (puls. pro Off. def. cant.)

Potest insignis Ecclesia Colleg. Gerundae pulsare campanas ante vel post horas, in quibus pulsat. Cathedralis pro recitandis Matutinis et Vesperis. n. 3610 ad 1 die 21. Jan. 1702. n. 3613 die 11. Febr. 1702.

Ad dubium: An liceat Capitulis Collegiatarum Civitatis Aquilae, et praesertim Collegiatae S. Justae, pulsare campanas pro vocandis Presbyteris seu Capitularibus, ad effectum celebrandi divina Officia, seu potius ad dictum effectum unice attendendus sit sonitus campanarum, quas vocant squilla, et squillone Cathedralis Ecclesiae S. Maximi Civitatis praedictae, a quibus omnes regulari debent, et tenentur, in casu etc.?

2. An liceat Ecclesiae Collegiatae S. Mariae de Saganica Civitatis Aquilae pulsare proprias campanas pro convocandis Presbyteris, ad effectum celebrandi divina Officia, non exspectato sonitu campanarum Cathedralis S. Maximi dictae Civitatis, quas dicunt squilla, et squillone, seu potius exspectari debeat sonitus dictarum campanarum Cathedralis per integram primam mediam horam, ita ut postea tantum, et donec sit expletum signum Cathedralis, liceat dictae Collegiatae pulsare campanam, quam vocunt la squilla, et dicitur alla stessa, in casu etc.?

Et eadem S. R. C. tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, respondendum censuit:

Ad 1. „Negative quoad primam partem, et Affirmative quoad secundam partem.“

Ad 2. „Servetur solitum.“

Et ita declaravit, et servari mandavit. n. 3789 die 4. Aug. 1708.

Diuturnae pariter tam pro Defunc-

tis, quam occasione Festorum, et etiam integro unius horae spatio nocturnae, adest consuetudo Campanas pulsandi, quod non videtur S. Ritibus congruum.

Et S. eadem C.... respondendum consult: „Ipse Episcopus provideat jure ordinario.“

Atque ita rescripsit. Die 10. Januarii 1852 n. 5166 ad 4.

14) An puls. pro Laicis?

Non licere pulsare campanas Ecclesiarum neque Piorum Locorum in adventu Domini loci, sine licentia Ordinarii. n. 1065 die 10. Julii 1638.

In adventu Baronum locorum nullo modo licet pulsare campanas. n. 1126 die 19. Febr. 1639; n. 1407 die 16. Aug. 1642.

Est abusus non tolerandus, quod campana aliqua pro solis nobilibus pulsari reservetur, sed pulsari debet pro quibuscunque petierint. S. C. E. 19. Junii 1583.

Vd. *Campanae* (puls. pro effect. profanis.)

15) Puls. pro Off. def. cantando.

Servanda est pia consuetudo pulsandi campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicend. est off. def. S. C. Ep. 21. Aug. 1607.

16) Puls. in Processione.

Tenantur Clerici regulares in transitu processionis Lytaniar. majorum campanas pulsare. n. 144 ad 2 die 7. Apr. 1598.

17) Puls. in Process. SSmi.

Ad dubium Collegii Parochorum Urbis: an in festis solemnioribus anni aut occasione particularis Jubilaei aut Indulgentiae, quibus temporibus a parochis maximo apparatu et pompa deferret SSmm. Infirmis, omnes Ecclesiae Saecularium, Regul. et Monia-

lium, non obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili in contrarium, teneantur ac debeant solemniter pulsare campanas, dum SSmm. tam in eundo quam in redeundo transit non solum ante portas majores et laterales earundem Ecclesiarum, verum etiam quando transit ante januam domus, conventus, monasterii, aedis parochialis et capitularis, quae respectivis Ecclesiis sit adnexa? S. C. resp.: *Affirmative*. n. 4428 die 10. Mart. 1787.

Vd. *Processio SSmi. Regul.* (modus, decr. n. 4130); *Instructio Clem.* §. XX n. 15.

18) Puls. in Sepultura.

In casu, quo defunctus tumulatur in Ecclesia Regularium, non posse parochum defuncti impediri ab ipsis Regularibus, quin pulset Campanas parochiales, neque ipsos Regulares Ecclesiae, in qua defunctus sepelitur, impediri a Parocho, quin pulsent campanas eorum Ecclesiae. n. 1364 die 8. Febr. 1642.

Licet PP. Minoribus Conventualibus Caselli in funeribus libere campanas pulsare absque licentia Plebani. n. 4210 ad 4 die 19. Sept. 1750.

Quoad mercedem campanae, quae pulsatur occasione funerum, servanda est consuetudo. S. C. Ep. 5. Maii 1617; 28. Maii 1638.

Episcopus prohibere non potest, ne campanae pro funeribus pulsentur sine licentia ipsius Episcopi. S. C. Ep. 26. Febr. 1601.

19) Puls. in signum jejunii.

Prohibetur fratribus s. Augustini campanas pulsare media nocte ante diem Cinerum in signum coepti jejunii, cum hoc specialiter spectet ad campanam Cathedralis. n. 1677 die 5. Julii 1653.

20) Quae non pulsantur?

Campanae consecratae etiam in turri profana existentes nullatenus usui profano inservire debent, nisi de licentia Episcopi. S. C. E. 31. Jan. 1559.

Vd. *Camp.* (puls. pro eff. prof.)

Regulares possunt cogi ab Episcopo ad deponendum de Campanili campanas, si ibi non benedictas appendunt. S. C. E. 17. Jan. 1614. Campanae ne pulsentur, si non sint benedictae, potest Episcopus prohibere. S. R. C. 5. Julii 1614.

21) Quod?

Ad dubium: an Confraternitas SSmi. Rosarii Burgi possit retinere tres vel quot campanas in campanili suae Ecclesiae seu Oratorii? S. C. resp. *Affirmative*. n. 3910 ad 1 die 9. Julii 1718.

CAMPANULA.

1) In missa priv. et sol. (et in distrib. s. Commun.)

Vd. *Instructio Clem.* §. XVI. n. 1 etc.

Campanula ad egressum Sacerd. *ibid.* n. 4.

Genuflexio ante SS. Sacrament. (In processione etc. decr. n. 2943.)

Ad dubium: 1. In Ecclesiis Peruvianis est communis consuetudo pulsandi Campanulam a Ministro in Missa non solum ad verba *Sanctus* etc. et in elevatione Sanctissimi, sed etiam ad verba *Domine non sum dignus* ante sumptionem, et quoties administratur Communio Fidelibus ad praedicta verba: Utrum toleranda sit ista consuetudo, et sequenda in Ecclesiis?

2. Utrum pulsanda sit Campanula quando in Choro elevato et sito in extrema parte Ecclesiae, ubi non videtur Celebrans, recitatur Officium?

Emi. et Rmi P.... rescribendum censuerunt:

Ad 1. Tolerari posse.
Ad 2. *Affirmative*. n. 5224 ad 9 et 10 die 14. Maii 1856.

2) Ministror. in process. SSmi.

Vd. *Instructio Clem.* §. XXII n. 6.

CANDELA.

1) Baptismalis.

Candela a rituali praescripta et aliae candelae, quae occasione collationis Baptismatis sponte offeruntur, debentur Ecclesiae (Cathedrali). n. 4270 ad 7 die 16. Julii 1757.

2) In Confirmatione.

Licuisse et licere Episcopo Portugalsi observari facere caeremoniam candelae accensae in confirmatione conferenda, utpote ab Ecclesia receptam, fidei protestativam et meritoriam. n. 4172 die 15. Maii 1745.

3) In Dedicat. Eccles. ad pariet.

Candelae ante cruces accendendae sunt in die, ad quam transf. celebratio Officii Dedicat. S. R. C. 28. Febr. 1682. Cf. *Dedicat. Eccles.* (cruces).

4) Dignitatum.

(Quae?)

Vd. *Processio Corp. Chr.* (candela cleri); *Cereus*.

Praeposito in processionibus debetur candela majoris ponderis quam caeteris de Capitulo. n. 4040 ad 5 die 21. Apr. 1736. Candelae, quae in festo Purificat. B. V. M. distribuuntur Dignitatibus, debent esse ejusdem ponderis ac structurae? n. 4064 ad 6 die 31. Aug. 1737.

In festo Purificationis B. V. M. Archidiacono (Metrop. Hydrunt.) debetur juxta solitum candela majoris ponderis. n. 4358 ad 25 die 7. Dec. 1771.

5) Episcopi.

Vd. *Bugia Episcopi*.